

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Ionae Versiones, Polonica Et Bohemica

Apvd Protestantas Hodie Receptas, Praemissa Notitia Versionis Vtrivsqve,
Cvm Originali Textv Hebraeo Collatae : Dissertatio Historico-Critico-Sacra

...

Ad Diem XII. Nov. Ann. MDCCLIX. ... Examinandam Commilitonibvs Tradit

Carpow, Paul Theodor Carpow, Paul Theodor

Rostochii, [MDCCLIX.]

VD18 90522079

Ad vers. 10.

urn:nbn:de:gbv:45:1-10388



Ad vers. 10.

Eum quomodo vertant et invertant simul POLONI, percipe ex latina hacce versione: *Tunc expaverunt viri pavore magno: certioresque facti viri iidem, quod a facie Dominica fugiat, (nam indicaverat illis) dixerunt ad illum; quare hoc fecisti? Conciunt BOHEMI, etsi verba priora aliter paulo reddentes, nimir. Propterea extimuerunt viri isti timore magno.*

Ad vers. 11.

Hunc deinceps ita connectunt cum præcedenti, ut *Vav* vocis ejus initialis וַיִּאמְרוּ vertant P: *Nad to h. e. Super hoc l. Præterea*, et B: *Gessie b. e. Etiam*, quod eodem recidit.

(וַיִּשְׁתַּק חַיִּים מְעִלְיוֹ) P: *aby sie morze uspokoilo*, B: *aby se more spokogilo*. h. e. *ut mare tranquilletur*, daß das Meer sich befriedige, L. zu Frieden und zur Ruhe gebe. Hic vero a comite εὐαρεβεια iterum aliquando deserti integram prætermiserunt vocem מעליו.

(כִּי חַיִּים הוֹלֵךְ וְסֵעַר) Verba hæc BOHEMI parenthesi inclusérunt. Utrique autem ad idioma (etsi non stricte tale, Cf. Tractat. noster *Ars ideam distinct. de Voce hebr. formandi*, C. I. §. 32.) L. Hebrææ probe attenti vim הלך (Cf. DANTZII Interpretes §. 109.) in hacce constructione studuerunt exprimere per *im daley, tym wiecey*, et *wzdy wjce a wjce*, h. e. *quo diutius, eo magis, et magis magisque*; uti etiam habent BELGÆ reddentes: *Want de Zee weert hoe langer hoe onstuymiger*, et ex Judæis וַיִּשְׁתַּק חַיִּים מְעִלְיוֹ v. seq. 13. i. *langer i meen (אי לענגר אי מין)*.

Ad vers. 12.

(וַיִּחְתְּרוּ). *Vav* præfixum hic reddunt adverbative *Alé h. e. Verum, Verum enim vero, ast, etc.* idque contextui conformiter